

sunt, & variis mutationibus obnoxia. (3) Nec ad *lignas*, vel *lapideas*, &c. sicut Christus in *passione spineam coronam* gerere necessarium habuit, de cuius reservatione mira finguntur à *Papistis*: Sed verè sunt *figmenta*, non *historicæ veritatis documenta*. (4) Sed potius ad coronas de *regno vegetabili* contextas, sicut ex *lauris*, *quercu*, vel aliis *arboribus*, item ex *floribus* & aliis *vegetabilibus*, *corona* sunt olim ad varios usus colligata, siquidem in his *marcor locum* habet, dum alia *vegetabilia citius*, alia *tardius flaccescunt & marcescunt*. Hæc proinde *corona* (5) dicitur *prorsus immarcescibilis*, tum propter *Paradisum eternitatis*, quia *corone* tales inveniuntur, non in *paradiso terrestri*, nec in *Paradiso spirituali*, sed in *cœlesti*, ubi datur *perpetuus vigor & viror*: tum propter *Regnum æternum*, quod Christus post *mundi Regnum* dicitur *inchoaturus*, qui *lapide*, *comminuente* *cuncta regna*, fuit *insinuatus Dan. II, 35*. de quo dicit *Propheeta v. 44*. *In diebus Regnorum illorum suscitabit DEUS cœli regnum, quod in æternum non dissipabitur; & regnum ejus alteri populo non tradetur: comminuet autem, & consumet universa regna hæc; & ipsum (nimirum cum regni coronat) stabit in æternum; tum propter vitam æternam, in qua vivent Martyres, & constantes Bellatores: tum propter pacem æternam, in qua vivent milia Christi consortes; tum propter gloriam æternam, cujus participes erunt fidei Ministri Domini: qualis autem gloria, talis etiam gloria corona; Immarcescibilis gloria, parit immarcescibilem gloria coronam.*

28. *Quantitas* hic quoque *Corona* tribuitur, non *equidem* *ratione Magnitudinis*, vel *extensionis*, nec *ratione celsitudinis*, sicut *passim* in *historiis*, tum *magna*, tum *excelsa corona* notantur, & *allegantur*; neque *ratione ponderis*, aut *gravitatis*, cujus generis etiam *varia nominari possent*: *Regis Ammonitarum Corona*, quæ post *expugnationem Metropoleos Rabbath* *capiti Davidis* inposita, *ratione ponderis auri & alentum, & preciosissimas gemmas* habuit, *II. Sam. XII, 30*. neque *ratione numeri*, sicut *Pontifex* de *tribus Coronis* gloratur, & alii *Reges* *variorum regnorum coronas simul gesserunt*, sicut nostris temporibus & *Imperator, & Rex Romanus*,